HISTORIOGRAPHISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Bayern/Österreich, nach 1560 Seite 39v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Aquilegien defuncto pilgrino foeliciter transfertur
et sedit ibidem Annis 14. Obijt xi Kl februarij A°
Domini 1218.

XL.

51. POPPO Epus patr sedit patauie Anno uno, men
sibus sex. Coepit Anno Dni 1204 Bolfgero ad
Aquilegiam translato. Hic primus pplus Ecclesiae
Aquilegien fuisse dicitur. Alibi legitur quod Abbas
extiterit. Obijt aut Septimo Kl Januarij Anno
Dni 1206.

XLI.

52 MANEGOLDUS† patr. Epus sedit patauie Annis
Nouem mensibus tribus Coepit Anno 1206. Hic fuit
prius Abbas in Chremsmunster vel ut alijs placet
in Tegernsee, plura Inconuenientia, tam in Episco
patu quam in Abbatatu (quem simul cum Episco
patu fere tribus tenuit annis) admisit. Eidem
plura priuilegia et possessiones alienauit.‡ Cum
Rapatone de Ortenberg Comite palatino dissensio
nem habuit, ex qua multa damna Ecclie et Mona
steria in Bauaria senserunt, precipue aut Monaste
rium Aspach, quod pene a Comite dicto destructum fuit.
Actum Anno Dni 1212. Iste Epus Oratorium in Aldspach
dedicauit; fecit etiam fossatum et murum in nouo
foro Ciuitatis patr A° 1209 Propterea et thelonen imposuit
obijt quinto Idus Maij A° Anno Dni: 1215.

† Marchio Histrie frater Theobaldi et Henrici

‡ Emit Comitatum Windeberg A° 1207.